

Ord. Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum.

Ab Inn.XI. Consti. ed: 1687, Apr. 18, P. 11, concessa fuerunt officium, & Missa B. Petri Ar-mengol. Et ab hoc Pontifice Consti. sequenti conceduntur Officium, & Missa præd. B. Mariæ.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Decretum prædictum cum assensu Pontificis.

Lias emanavit a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. Ecclesiæ Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum Decretum tenoris, qui sequitur videlicet: Barchinonen. Canonizationis B. Mariæ de Socos Monialis professe Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum. = Proposito in Congregatione ordinaria Sacror. Rituum per Eñum, & Rñum D. Cardinalem Casanatam dubio: An constet de cultu immemorabili præstito dictæ Beatæ Mariæ de Socos, & an Sententia super eo lata a Vicario Generali Barchinonen. Judice a præfata Sacra Congregatione Delegato sit confirmanda in casu, & ad effectum, de quo agitur: = Eadem Sacra Congregatio audito Reverendis. Archiepiscopo Myren. Fidei Promotore tam in scriptis quam in voce, Instante R. P. Magistro Fratre Martino Salvatore Gilaberte Vicario, ac Procuratore Generali prædicti Ordinis B. Mariæ de Mercede hujusmodi Cause Postulatore, censuit constare de cultu immemorabili, & Sententiam prædicti Vicarii Generalis Barchinonen. esse confirmandam, si Sanctis. D. N. placuerit. Die 9. Februarii 1692. = Et facta de prædictis Sanctis, Dom. Innocentio PP. XII. per me Secretarium relatione Sanctitas Sua annuit die 13. ejusdem Mensis Februarii, & an. 1692. = A. Cardinalis Cybo. Loco † Sigilli. I Vallemanus Sac. Rituum Congr. Secret.

Preces Procuratoris Gen.

§. 1. Cum autem sicut dilectus Filius Bernardus Carignena, & Spenza Vicarius, & Procurator Generalis dicti Ordinis nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmiter subsistat, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret: Nos ipsius Bernardi Vicarii, & Procuratoris Generalis votis hac in re quantum cum Dom. possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus: salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Confirmatio relati Decreti

Clausula.

§. 2. Decernentes ipsas præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: Sicque in

præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere: ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Pisc. die XXX. Julii MDCXCVI. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

CXXXIII.

Confirmatur Decretum Congregat. Rituum de Officio, & Missa B. Mariæ de Socos Ordinis B. Mariæ de Mercede Redempt. Captiv: pro Religiosis utriusque sexus.

Dat. 30. Junii 1696. An. 5.

Consti. præcedenti confirmatus fuit cultus immemorabilis. Et Consti. sequenti conceduntur Officium, & Missa B. Petri Paschalis.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Lias ad supplicationem dilecti filii Bernardi Carignena, & Spenza Vicarii, & Procuratoris Generalis Ordinis Fr. B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, & Cause Canonizationis B. Mariæ de Socos Monialis dicti Ordinis Postulatoris emanavit a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: Barchinonen. Canonizationis B. Mariæ de Socos Ord. Beatæ M. V. de Mercede Redemptionis Captivorum. Remisso Sacrorum Rituum Congregationi supplicii Libello a R. P. M. Fr. Bernardo a Carignena, & Spenza Vicario, & Procuratore Generali Ordinis B. M. V. de Mercede Redemptionis Captivorum, & hujusmodi Cause Postulatore S. S. D. N. porrecto, in qua humillime supplicabat Sanctitati Suae, ut de Beata Maria prædicta, de cujus cultu immemorabili die 9. Februarii anni 1692. cum subsecuta approbatione Sanctis. die 13. ejusdem mensis, & anni fuit responsum constare; facultatem pro sua Religione recitandi Officium, & celebrandi Missam de Communi Virginum sub ritu semiduplici die 19. Septembris natalitio ejusdem Beatæ singulis annis benigne concedere dignaretur; Sacra eadem Congregatio ad relationem Eminentiss. & Reverendiss. Dom. Card. Casanata Pontentis audito prius tam in scriptis, quam in voce Reverendissimo Archiepiscopo Myren. Fidei Promotore, omnibus bene perpensis, ac mature consideratis, gratiam petitam pro Religiosis utriusque sexus dicti Ord. B. M. de Mercede tantum concedi posse censuit, si Sanctis. D. Nost. videbitur die 2. Octobris 1794. = Facta igitur deinde Sanctis. Dño de prædictis per me Secretarium relatione, Sanctitas Sua benigne annuit die 9. ejusdem Mensis, & anni 1694. A. Card. Cybo. = B. Inghirami Secretarius.

Decretum d. Congregationis pro Officio, & Missa sub ritu semiduplici die 19. Sept. cum assensu Sanctissimi.

Preces Procuratoris Gen.

§. 1. Cum autem, sicut dictus Bernardus Vicarius, & Procurator Generalis Nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmiter subsistat, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret: Nos ipsum Bernardum Vicarium, & Procuratorem Generalem specialis favore gratiæ prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

firmius subsistat, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret: Nos ipsum Bernardum Vicarium, & Procuratorem Generalem specialis favore gratiæ prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Confirmatio relati Decreti

Clausula.

§. 2. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere: ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earumdem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tam in Judicio quam extra illud habeatur, quæ ipsis haberetur præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXX. Junii MDCXCVI. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

CXXXIV.

Dat. 6. Julii 1696. An. 5.

Confirmatur Decretum Congregat. Rituum circa Officium, & Missam B. Petri Paschalis Martyr. & Episcopi Giennens: Ord. B. M. de Mercede Redem: Captiv:

Consti. præcedenti concessa fuisse Officium, & Missa B. Mariæ de Socos. Et a Bened. XIII. Consti. ed: 1728, Jul: 14, P. 5 confirmatur cultus immemorabilis B. Serapionis.

INNOCENTIUS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Lias ad supplicationem dilecti filii Bernardi Carignena, & Spenza Vicarii, & Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum emanavit a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum Decretum tenoris, qui sequitur videlicet: Ordinis B. M. Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum. Sacrorum Rituum

Congregatio ad humillimas preces R. P. Magistri Fratris Bernardi de Carignena, & Spenza Vicarii, & Procuratoris Generalis Ordinis Beatæ Mariæ Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum a Eminentiss. & Reverendis. Dom. Cardinali Casanata relatas, audito tam in scriptis, quam in voce Reverendis. Archiepiscopo Myren. fidei Promotore, utriusque sexus Religionis Ordinis prædicti in posterum recitandi Officium, & Missam celebrandi de B. Petro Paschalis Martyre, & Episcopo Giennens. sub ritu duplici secunda Classis cum octava alias sub ritu duplici concessa, facultatem concedi posse censuit, si Sanctis. Dom. Nost. placuerit. Die 18 Junii 1695. = Facta igitur deinde per me Secretarium de prædictis Sanctis. Dom. Nostro relatione, Sanctitas Sua benigne annuit, Die 22. ejusdem Mensis, & anni 1695. = A. Cardin. Cybo. Loco * Sig. = B. Inghirami S. Rit. Congr. Secretarius.

Decretum Congregationis pro Officio, Missa sub ritu 2. Claf. cum octava una cu assensu Pontificis.

Preces Procuratoris Gen.

§. 1. Cum autem sicut dictus Bernardus Vicarius, & Procurator Generalis Nobis nuper exponi fecit: ipse Decretum hujusmodi, quo firmiter subsistat Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret: Nos ipsum Bernardum Vicarium, & Procuratorem Generalem specialis favore gratiæ prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Confirmatio relati Decreti

Clausula.

§. 2. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & per omnia plenissime suffragari. Sicque & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere: ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Pisc. die VI. Julii MDCXCVI. Pontificatus nostri Anno Quinto.

participes fieri plurimum desiderant: Nos piis eorumdem Exponentium votis hac in re quantum cum Domino possumus, benigne annuere volentes, & illorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, autque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotata existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxationes, aliasque gratias Spirituales, quibus Confratres, & Consores Confraternitatum sub praefato titulo Sanctissimi Corporis Christi, ubique Locorum Apostolica, vel Ordinaria auctoritate erectarum, & erigendarum per Decretum praesertim, ejusque confirmatorias Innocentii Praedecessoris Literas supra dictas uti, frui, & gaudere posse, ut praefertur, declaratum fuit, ad Confraternitates sub memorato titulo decem Virtutum, seu decem Beneplacitorum ejusdem Beatissimae Virginis Mariae ubique pariter Locorum opera praefatorum Fratrum canonice hactenus erectas, & in posterum erigendas, illarumque Confratres, & Consores dummodo tamen ea, quae pro consequendis Indulgentiis, seu peccatorum remissionibus, ac poenitentiarum relaxationibus, aliisque gratiis Spirituales hujusmodi praescripta sunt, seu pro tempore fuerint, adimpleant, auctoritate Apostolica tenore praesentium in perpetuum extendimus, & ampliamus.

Extenfio praedicta.

Clausula.

§.4. Non obstantibus nostra de non concedendis Indulgentiis ad instar, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. §.5. Volumus autem, ut earumdem presentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quae haberetur ipsis presentibus, si forent exhibitae, vel ostensa. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die IV. Octobris MDCXCVI. Pontificatus nost. An. Sexto.

CXXXVII.

Confirmantur Decreta Congregationis particularis circa jurisdictionem Vicariorum in Anglia contra Regulares.

Jnn. XI Const. ed. 1681, Miji 20, P. 5, legitur inter Episcopum Meckinam, & Regulares. Et hujus Pontificis Const. sequenti plures Provinciae Regni Sinarum committuntur Vicariis Apostolicis.

INNOCENTIIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Alias a particulari Congregatione nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus Nostris S.R.E.

Dat. 5. Oct. 1696. An. 6.

Cardinalibus Congregationis Propaganda Fidei negotiis, praeposita super rebus Angliae a Nobis specialiter deputata emanarunt super quibusdam instantiis pro parte dilectorum filiorum Vicariorum Apostolicorum Regni Angliae Nobis factis, quas una cum supplicibus libellis desuper Nobis porrectis ad eandem particularem Congregationem remisimus, Decreta tenoris, qui sequitur videlicet, Decreta Sacrae Congregationis particularis de Propaganda fide habitae die 6. Octobris 1695. = Relatis in Congregatione Eminentissimorum DD. Cardinalium de Propaganda fide super rebus Angliae specialiter a Sanctissimo Domino Innocentio XII. deputatorum instantiis Sanctitati tuae factis a Vicariis Apostolicis Angliae in eorum libellis supplicibus tenoris sequentis videlicet: Beatissime Pater: Cum ex vi, seu occasione Privilegiorum Ordini Sancti Benedicti Congregationis Anglicanae a Sede Apostolica concessorum, necnon praetextu Jurisdictionis, quae ante Schisma eidem Ordini in Anglia competebat, praetendant Monachi dicti Ordinis se tanquam Vicarios Capitulares, seu ipsum Capitulum, Sede vacante habere in plerisque Regni Ducecessibus Jurisdictionem ordinariam, & hanc non cessare, ex quo Sancta Sedes eidem Regno concesserit Vicarios Apostolicos ad illas Ecclesias regendas: Cumque exinde uti experientia docuit hoc ipso Saeculo oriri possint contentiones, & controversiae hos inter, & illos regimini illorum fidelium, & propagationi fidei summopere noxiae, praedjudiciales, & scandalosae: Idcirco supplicatur ea, qua par est humilitate, Sanctitati vestrae, quatenus declarare dignetur cessare omnem talem praefatorum Monachorum Jurisdictionem, qualiscumque sit, eo ipso, quod S. Sedes Apostolica concesserit Vicarios Apostolicos in Regno Angliae, eisque solitas facultates generaliter regendi Ecclesias sibi commissas tribuerit: uti in partibus Catholicis cessat omnis Jurisdictio Capituli, & Vicariorum Capitularium, Sede vacante, statim atque Sedes Apostolica Vicarium Apostolicum delegat ad Ecclesiam vacantem interim gubernandam: Quem favorem &c. Quam Deus &c. = Beatissime Pater. Ea, qua par est humilitate Sanctitati vestrae exponitur plurimum quotidie fidei Catholicae praedjudicia in Anglia exoriri, ex eo quod Regulares ibidem praetendant se vigore suorum Privilegiorum ab omni Jurisdictione Vicariorum Apostolica auctoritate eisdem Regno concessorum exemptos esse, & cum ex alia parte Vicarii Apostolici praefati regere non possint Ecclesias sibi commissas, nisi Regulares praedicti eis subiciantur, saltem quo ad ea, quae Missiones, & curam animarum concernunt, qua propter Sanctitati vestrae humiliter supplicatur, ut Bullas, seu Brevia Apostolica alias ab hac Sancta Sede occasione similium controversiarum in Regno Sinarum, Indiis, & alibi exortarum emanata extendere dignetur simili Bulla, seu Brevis ad omnia Regna, & Insulas dominio Serenissimi Regis Magnae Britaniae subjectas. Quem favorem &c. Quam Deus &c. Sacra Congregatio re mature perpensa, & audito etiam Patre Claudio Estien. & Procuratore Monachorum Congregationis Anglicanae Sancti Benedicti decrevit, ut infra = Quo ad primum = Per deputationem Vicariorum Apostolicorum factam in Regno Angliae a Sa. me. Innocentii XI. cessasse, & cessare quaecumque Jurisdictionem Capitularium,

Decreta praedicta.

Supplex libellus Vicariorum contra Benedictinos circa jurisdictionem ordinariam.

Alter libellus Vicariorum circa exemptionem Regularium ab eorum jurisdictione.

Decretum i. pro Vicariis Apostolicis.

rum, seu Vicariorum Capitularium, tam Saecularium, quam Regularium omnium Ecclesiarum ejusdem Regni, & signanter earum, quae Monachis Congregationis Anglicanae Ordinis Sancti Benedicti vigore Bullae Sa. me. Urbani VIII., quae incipit: *Plantata*, seu quarumlibet aliarum Literarum Apostolicarum, aut alias quomodolibet competere possent, durante tamen deputatione eorumdem, seu aliorum similium Vicariorum, ab Apostolica Sede quodcumque deputandorum, & non alias.

Item Decretum alterum.

Approbatio Pontificis.

Preces Vicariorum Apostolicorum.

Confirmatio relatorum Decretorum.

Clausula.

§.1. Quo ad secundum vero censuit = Regulares quoscumque, etiam Societatis Jesu, & Congregationis Anglicanae praefatae tam circa approbationem ad Confessiones audiendas, quam circa concernentia curam animarum, & Sacramentorum administrationem, aliaque munia Parochialia, esse subiectos Vicariis Apostolicis, in quorum districtibus eos respective commorari contigerit. Non obstantibus quo ad praemissa quibuscumque Regularium Ordinum Privilegiis, & praesertim ante dicta Bulla Sa. me. Urbani VIII. illis alias in suo robore permansuris, necnon firmis remanentibus quo ad reliqua omnibus, & singulis privilegiis, praerogativis, praerogativis, aliisque Juribus dictis Monachis Congregationis Anglicanae quomodolibet competentibus &c. Datum Romae die, & anno quibus supra = Quae quidem Decreta eadem die Sanctissimo Domino Nostrum per me Secretarium infrascriptum integre relata, Sanctitas Sua benigne laudavit, & approbavit, mandavitque ab omnibus, ad quos pertinet, inviolabiliter observari = C. A. Fabronius Secretarius.

§.2. Cum autem sicut Vicarii Apostolici praedicti Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi Decreta hujusmodi, quo firmius subsistant, & servantur exactius, Apostolica confirmationis nostrae patrocinio communiri plurimum desiderent. Nos specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innotatae existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis, super hoc humiliter porrectis inclinati, Decreta praesertim, ac omnia, & singula in eis contenta, & expressa, auctoritate Apostolica tenore presentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomolibet intervenerint, supplemus.

§.3. Decernentes eandem praesentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime observari. Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegates, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus praemissis, ac Consti-

tutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut earumdem presentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quae ipsis presentibus haberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die V. Octobris MDCXCVI. Pontificatus Nostris Anno Sexto.

CXXXVIII.

Dismembrantur plures Provinciae Regni Sinarum a Ducecessibus Pekinen., & Nankinen. eaque committuntur Vicariis Apostolicis.

Dat. 11. Oct. 1696. An. 6.

Ab Alex. VIII. instituti fuerit Episcopatus Pekinen. & Nankinen. Const. ed. 1690, Apr. 10, P. 1. Hujus Pontificis Const. ed. 1695, Miji 16, P. 3 extat dismembratio a Diocesi Nemancon. Et Benedicti XIII Const. ed. 1725, Miji 23, P. 1 Ecclesia Eagubina subicitur Urbinaten. De auctoritate Vicariorum in Anglia vide Const. praecedentem. Et de illa Vicariorum in Oriente vide sequentem.

INNOCENTIIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Sublimi Sedis Apostolicae specula, in qua Catholicae Ecclesiae per Universum Orbem diffusa regimini, meritis licet, & viribus longe impares, divina dignatione, praesidemus, mentis Nostrae oculos per quascumque agri Domini partes jugiter circumferentes, ad ea, quae Ecclesiarum quarumlibet praesertim Cathedralium in remotissimis ab eadem Sede regionibus erectarum statum concernunt, pastoralis vigilantiae Nostrae studia libenter convertimur; atque ut ibidem Christiana Religio felicius in dies, adspirante superni favoris auxilio, stabiliat, & crescat, concessae Nobis a Domino potestatis partes, propensa charitate interponimus, sicut, omnibus mature consideratis, ad Omnipotentis Dei gloriam, ac Animarum salutem arbitramur in Domino expedire.

Exordium.

§.1. Alias siquidem Fel. rec. Alexander Papa VIII. praedecessor Noster, certis tunc exprelis causis adductus, ac praesertim provide considerans in amplissimo Regno Sinarum, in quo Catholicam fidem latius in dies propagari acceperat, unam dumtaxat Cathedralium Ecclesiam, nempe Machaonen. quae de Jure patronatus Charissimi in Christo filii Nostris Petri Portugalliae & Algarbiorum Regis Illustris ex fundatione, vel dotatione, seu privilegio Apostolico, cui non inveniatur eatenus in aliquo derogatum esse dignoscatur, reperiri, adeoque illius Episcopatum singularium omnium cultus inspiciere, aliisque boni Pastoris partes implere minime posse, supplicationibus ejusdem Petri Regis nomine sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus, Oppida de Pekim, & de Nankim respective nuncupata in eodem Regno existentia ab ordinaria Jurisdictione tunc, & pro tempore existentis Episcopi Machaonen., auctoritate Apostolica, perpetuo

Referuntur sectiones duorum Episcopatum Pekinen. & Nankinen.

Kkk

Dat. 23. Julii 1696. An. 6.

Conceditur Studentibus Congregationis S. Marci Provinciae Romae Ordinis Praedicatorum, ut ipsi in eorum Collegio examinari valeant pro Lectoratu.

Consi. ed. 1693, Oct. 20, P. 3. concessum fuit praedictis Studentibus facultas studendi in Canobio Sancti Marci. Et Consi. ed. 1695, Jun. 14, P. 4. erecta fuit de Congregatio. Bona vero XIII Constituta: ed. 1686, Feb. 8, P. 2 de receptione Religiosorum Congregationis S. Marci, & S. Jacobi Venet.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Episcopus praedicti duarum Constitutionum

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Vicarius Generalis, & Fratres Congregationis Sancti Marci Provinciae Romanae Ordinis Praedicatorum, quod cum alias nos per quasdam nostras in simili forma Brevis literas die 20. Octobris 1693, expeditis tunc, & pro tempore existentibus Fratribus Studentibus, seu Alumnis ejusdem S. Marci Florentinae, Sancti Dominici Fesulan., ac Sancti Jacobi Civitatis Sancti Miniatensis respective Conventuum dicti Ordinis indulserimus, ut Studia sua in praedicto Conventu S. Marci peragere possent cum iisdem omnino privilegiis, ac si illa in Sanctae Mariae super Minervam de Urbe, sive in Perusino respective Conventibus Provinciae praefatae peragerent, dummodo tamen Auditorum suorum hujusmodi curriculo exacto pro gradu Lectoris suscipiendo examini in eodem Conventu S. Mariae super Minervam habendo se subicerent, quemadmodum hucusque observatum fuit; Subinde vero nempe anno 1595. Conventus praedictos, quo magis regularis observantia in illis stabiliretur, ab omni, & quacumque jurisdictione, ac Superioritate tunc, & pro tempore existentis Prioris Provincialis memoratae Provinciae perpetuo eximerimus, & plenarie liberaverimus eosque in praefatam S. Marci Provinciae Romanae nuncupandam Congregationem per Vicarium Generalem a similiter pro tempore existente Magistro Generali dicti Ordinis instituendum, regendam, & gubernandam sub certis modo, & forma tunc expressis pariter perpetuo exeremus, & instituerimus; ipsi exponentes, quo ejusmodi opus absolutum, perfectumque reddatur, omniaque cum majori eorum commodo pace, & quiete, ac mentis in Deum recollectione peragantur, plurimum cupiunt, se illa Studentes, seu Alumnos suos praefatos ad dictum Conventum S. Mariae super Minervam, cui nullatenus amplius subjacere dignoscuntur pro eorum ad Lectoris gradum hujusmodi examine transmittendi lege solvi, ita ut illi de cetero in eodem Conventu S. Marci pro gradu praedicto ad praescriptum Constitutionum dicti Ordinis examinari valeant quemadmodum in pluribus, & diversis, nempe in Sanctae Mariae de Sanitate Neapolitan., S. Marci de Gavotis, SSimi Rosarii Venetiarum respective nuncupatis, aliisque Fratrum ejusdem Ordinis Congregationibus fieri consuevit.

Preces Congregationis, & Causa Concessionis.

§. 1. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommu-

nicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Card., & dilectorum filiorum Romanae Curiae Praelatorum super disciplina Regulari specialiter a nobis deputatorum consilio, ut Fratres dictae Congregationis S. Marci in posterum examinari, & Lectores creari, seu habiles ad legendum, declarari valeant in eodem Conventu Sancti Marci tamquam in Studio formali, dummodo quinque saltem examinatores, videlicet, Vicarius Generalis ejusdem Congregationis, seu Prior Conventus praedicti pro tempore existentes, necnon duo Scholasticae, alter moralis Theologiae, & alius Philosophiae in Conventu praefato Lectores adhibeantur, caeteraque omnia serventur, quae ad id per Constitutiones Ordinis hujusmodi, ac ordinationes Capitulorum, Generalium ipsius Ordinis praescribuntur, auctoritate Apostolica tenore praesentium indulgemus.

Concessio praedicta, & forma examinis.

§. 2. Decernentes easdem praesentes literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: Sique in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & desiniri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula.

§. 3. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Ordinis, Congregationis, & Conventuum praedictorum, aliisque quibusvis etiam Juramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis, in contrarium praesentium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris die XXIII. Julii MDCXCVI. Pontificatus nostri Anno Sexto.

Extenduntur Indulgentiae, & gratiae Spirituales Confraternitatibus SS. Sacramenti concessae ad Confraternitates Decem Virtutum Beatae Mariae Virginis,

Dat. 4. Oct. 1696. An. 6.

A Paulo III. concessae fuere de Indulgentia, & Gratia, & postea confirmatae ab Innoc. XI Consi. 1678, Oct. 1, P. 2. De de Confraternitate vide Constitutiones infra laudatas.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Celestium munerum Thesauros, quorum dispensationem fidei nostrae commisit Divina dignatio, prudenti liberalitate libenter erogamus, cum id pia Christianidelium, praesertim sub suavi Religionis jugo Altissimo famulantium, proprixque, ac alienae saluti laudabiliter incumbentium vota postulant, & nos ad augendum Sanctissimi, Augustissimique Corporis, & Sanguinis Dom. N. Jesu-Christi cultum, & venerationem id speramus in Domino profuturum.

Decretum Congregationis, quo declaratur, & confirmatur, & confirmatur SS. Corporis Christi ex coactione Pauli III etiam post Constitutionem Cle. VIII esse participes Indulgentiarum & Confraternitatis SS. Sacramenti super Minerva de Urbe.

§. 1. Alias siquidem de mandato fel. record. Clementis PP. X. Praedecessoris nostri emanavit a Congregatione tunc existentium S. R. Ecclesiae Cardinalium Indulgentiis, & Sacris Reliquiis praepositorum Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet = Licet S. M. Paulus Papa III. per binas suas Constitutiones concesserit, ut Sanctissimi Corporis Christi Confraternitates omnes, & singulae ubivis locorum instituta, ac instituenda, iisdem privilegiis, concessionibus, Indulgentiis, gratiis, indultis, quae Confraternitati Sanctiss. Sacramenti in Ecclesia S. Mariae super Minervam de Urbe erectae largitus fuerat in posterum largiretur, uti, potiri, & possent, ac deberent; quia tamen per nonnullas Apostolicas Constitutiones, & Ordinationes, quae deinceps emanarunt, praesertim vero similis memoriae Clementis VIII. Constitutionem de aggregationibus ediam, facultates, & Indulgentiae, tam praedictae Sanctae Mariae de Minerva, quam caeteris omnibus Confraternitatibus antea concessae, aut abrogatae, aut saltem moderate compertuntur, alaque hoc de genere decreta sunt, ex quibus in dubium revocari posse videtur, an hujusmodi Pauli III. concessiones pristinum suum robur adhuc retineant; Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis Praefectorum optans summopere Sanctiss. Sacramenti venerationem, & cultum in dies magis augeri, & ob eam causam hujusmodi Societatem in omnibus Ecclesiis Parochialibus erigi, atque ad id Christiani fideles praecipuis gratiis excitari; speciali ordine habito viva vocis oraculo a Sanctiss. D. N. Clemente Papa X. felic. recor. Pauli V. vestigiis inherente, decernit, ac declarat, juxta eandem Pauli III. Constitutiones Confraternitates omnes, & singulas Sanctissimi Corporis Christi, ubique terrarum haecenus Apostolica, vel ordinaria auctoritate erectas, aut posthac erigendas, absque nova, aut peculiari alia concessione, communicatione, vel aggregatione fore, & esse debere participes quorumcumque Privilegiorum, concessionum, Indulgentiarum, facultatum, gratiarum, & Indultorum ab eodem Paulo III. Archiconfraternitati Sanctissimi Sacramenti de Minerva per Breve datum Romae apud Sanctum Petrum die tertiae Novembris 1606. nominatum, & expresse concessorum, ac in posterum a Sede Apostolica concedendorum, illisque omnibus, & singulis uti, potiri, & gaudere posse, ac debere statim, atque Confraternitatum earumdem erectio Apostolica, vel Ordinaria auctoritate facta fuerit; servata tamen in reliquis

omnibus praedicta Clementis VIII. Constitutione. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis de Indulgentiis ad instar non conceden., nec alius contrariis quibuscumque. Datum Romae die 23. Apr. 1676. C. Cardinalis Maximus = Michael Angelus Riccius Secretarius.

§. 2. Postmodum vero recolendae memoriae Innocentius Papa XI. pariter Praedecessor noster Decretum hujusmodi, toto illius tenore inserto sub certis modo, & forma tunc expressis auctoritate Apostolica approbavit, confirmavit, & innovavit, prout in ipsis Innocentii Praedecessoris Literis desuper in simili forma Brevis die 1. Octobris 1678. expeditis, quarum tenorem praesentibus pro plene, & sufficienter expresse, & inserto haberi volumus ubertius continetur.

Ab Innoc. XI confirmatum fuit totatum Decretum.

§. 3. Cum autem sicut pro parte dilectorum Millionariorum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum per dilectum filium Franciscum Diaz a Sancto Bonaventura Fratrem expresse professum dicti Ordinis, ac eorum Missionariorum in Romana Curia Procuratorem Nobis nuper expositum fuit, duae Confraternitates in honorem Sanctissimi Eucharistiae Sacramenti, ac Beatissimae Virginis Mariae in diversis Christiani Orbis partibus opera, & sollicitudine Fratrum praefatorum, non solum in utriusque sexus personarum obedientiae, seu directioni Ministri Generalis ejusdem Ordinis Subditarum, sed etiam in aliis omnimoda Ordinariarum Locorum jurisdictioni, subiectis Ecclesiis canonice jam dudum instituta, ac pia memor. Leone X. per suas Literas incipientes = Cum in honorem, &c. anno 1517. expeditas, & forsitan aliis Romanis Pontificibus, etiam Praedecessoribus Nostris approbatae, ad unam subinde Confraternitatem dumtaxat sub titulo decem Virtutum, seu decem Beneplacitorum ejusdem Beatiss. Virginis Mariae in diversis pariter Locis pro cujusvis Status Christianidelibus pia eorumdem Fratrum cura propagata, itidem canonice redactae fuerint; Confratres vero, & Conforores Confraternitatis hujusmodi, quae etiam alicubi Conceptionis ipsius Beatissimae Virginis Mariae, frequentius vero Sanctissimi Corporis Christi Confraternitas denominatur, ac inter peculiates memorati Ordinis Confraternitates recensetur, inter caetera pietatis, & Christianae charitatis opera, quibus incumbere consueverunt, tam ex primo primodictarum duarum Confraternitatum, quam proprio Instituto, circa venerationem, & cultum praedicti Sanctissimi Eucharistiae Sacramenti non minus ac illi, qui Confraternitatibus sub titulo ejusdem Sanctissimi Corporis Christi, ubivis erectis adscripti reperiuntur se exercent, illud potissimum pie, ac devote comitando cum ad Infimos, vel alias in Processionibus circumferunt, ac proinde exponentes praefati, ut eorumdem Confratrum, & Confororum pietas, ac devotio erga Sacratissimum hoc salutis nostrae pignus magis, magisque in dies incitetur, illos Indulgentiarum, & aliarum gratiarum Spiritualium, quibus praedictae Sanctissimi Corporis Christi Confraternitates in vim Decreti praesertim, ejusque confirmatoriarum Innocentii Praedecessoris Literarum hujusmodi fruuntur, par-

Causa Extensionis & praesentis Missionariorum Minorum de Observ.

tuo segregavit, divisit, separavit, & difmembravit, illaque in Civitates, quae de Pekim, & de Nankim respective denominarentur, & in eis Ecclesias Beatissimae Virginis Mariae utrobique dicatas in Cathedralibus Ecclesiis sub invocatione ejusdem Beatissimae Virginis pro duobus Episcopis, uno scilicet Pekinensi, altero vero Nankinensi respective nuncupandis, qui illis praesentent, ac Ecclesias ipsas ad formam Cathedralium Ecclesiarum redigi facerent sub certis modo, & forma tunc expressis similiter perpetuo crevit, & instituit; Ac eisdem sic erectis, & institutis Ecclesiis Oppida supradicta in Civitates, sicut praemittitur, erecta pro Civitatibus: alia vero Oppida, Castra, Villas, Territoria, & districtus Dioecesis Machaonen, juxta divisionem per dictum Petrum Regem, vel per Machaonen. ac Pekinen, & Nankinen. Episcopos de ipsius Petri Regis commissione inter se faciendam, pro Dioecibus itidem perpetuo concessit; & assignavit. Porro mensis Episcopalius dictarum Ecclesiarum de Pekim, & Nankim pro cuiuslibet earum dote redditus annuus quingentorum Cruciatorum monetae Portugalliae quadringentos Ducatos auri de Camera constituentium per eundem Petrum Regem assignandos, extunc prout postquam assignati fuissent similiter perpetuo applicavit, & appropriavit; Ac insuper eidem Petro, & pro tempore existentibus Portugalliae, & Algarbiorum Regibus Juspatronatus, seu praesentandi sibi, & Romano Pontifici pro tempore existenti ad Ecclesias de Pekim, & Nankim praedictas tam ea prima vice, quam quoties illas deinceps etiam apud Sedem praefatam vacare contigerit, intra annum ob Locorum distantiam tam inde, quam a die cuiuscumque vacationis hujusmodi respective computandum personas secundum Sacrorum Canonum, & Concilii Tridentini Decretorum dispositionem idoneas iisdem Ecclesiis per ipsum Alexandrum Praedecessorem, & pro tempore existentem Romanum Pontificem ad praesentationem hujusmodi praeficiendas pariter perpetuo reservavit, & concessit, & alias prout in binis ejusdem Alexandri Praedecessoris Literis desuper sub Plumbo Quarto Idus Aprilis Anni Incarnationis Dominicae 1690. expeditis quarum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis haberi volumus, uberius continetur. Subinde vero postquam dictus Alexander Praedecessor Ecclesiis de Pekim, & de Nankim supradictis de personis sibi, & tunc existentibus S.R.E. Cardinalibus ob suorum exigentiam meritorum acceptis, & quas memoratus Petrus Rex ei ad hoc per suas Literas praesentaverat, de eorumdem Cardinalium consilio, auctoritate Apostolica providerat, illasque Ecclesias in Episcopos praefecerat, & Pastores curam, regimen, & administrationem ipsarum Ecclesiarum de Pekim, & de Nankim eis in spiritualibus, & temporalibus plenarie committendo facta, sicut accepimus, per ipsum Petrum Regem vigore facultatis sibi ab eodem Alexandro Praedecessore, ut praesertur, attributa divisione supradicta de Pekim, Xantung, & Leotung, necnon Xansi, Nonan, Xensi, & Juchuen cum Insulis, & Terris adjacentibus Pekinensi; de Nankim vero, Chikiang, Fokien, Kiangsi, Huguang, Queichen, & Junaum Provinciae dicti Regni Sinarum cum Insulis itidem, adjacentibus Nankinensi respective Episcopis

Eorum Dioecesis deservitur.

praedictis pro cuiuslibet eorum Dioecesi praemissis, seu forsitan alio veriori, quem iisdem praesentibus pro expresso haberi similiter volumus, modo praefinita, assignatae remanserunt.

§.2. Cum autem, sicut, non sine maxima animi Nostri consolatione, pariter accepimus, strenua, ac laudabili Evangelicorum Ministrorum ab eadem Sede missorum opera (Deo pio illorum conatus, ac labores juvante) uberiores quotidie in illis partibus animarum fructus in horrea Dominica afferantur, novique Ecclesiae Catholicae palmites in dies crescant, ac proinde memorati Pekinen, & Nankinen. Episcopi Pastoralium munerum exequendo in tot, tantisque, ac tam amplis sibi creditis regionibus profus impares reputantur, optandumque sit pro magnitudine Mellis Operariorum copiam suppeteret, qui non modo eos, qui relicti erroribus, Christianam veritatem agnoverunt, sana, fidelique doctrina instituerent, ac tanquam teneras in vinea Domini plantas alere, ac fovere, sed & alios, qui adhuc in tenebris ambulantes, & verum, Omnipotentis Dei cultum convertere studeant: Hinc est quod Nos Misericordiarum Patri, & Deo totius consolationis gratias agere non desinentes, qui inter gravissimas, & multiplices curas, quas in hisce perturbatissimis Christianae Reipublicae temporibus pro commissis Nobis divinitus Apostolicae Servitutis Officio assidue sustinemus, uberibus saltem in longinquis Orbibus Terrarum partibus Orthodoxae Religionis incrementis Nos consolari dignatur; Et quia tam iis, qui longe, quam illis, qui prope sunt, debitores sumus, maximum salutis animarum negotium, quae tanto marium, Terrarumque spatio distinctas paternae charitatis vinculum Nobis coniungit, sollicitis studiis juvare, ac promovere, necnon Christianae Religionis, & Catholicae fidei in partibus praedictis solidiori stabilimento, latiorique propagationi, quantum Nobis ex alto conceditur, prospicere cupientes, habita super praemissis cum particulari Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis Propagandae Fidei praepositorum, qui jura omnia desuper etiam pro parte supradicti Petri Regis deducta diu, ac diligenter discusserunt, deliberatione matura, de illorum consilio, & assensu, ac etiam motu proprio, ac certa scientia, & matura deliberatione Nostri, deque Apostolicae potestatis plenitudine, supradictas omnes Provincias Regni Sinarum memoratis Pekinensi, & Nankinensi Episcopis pro eorum Dioecibus, sicut praemittitur, assignatas (exceptis dumtaxat de Pekim, ac Xantung, & Levantug, quas Penkinensi, necnon de Nankim, & Nonan, quas Nankinensi Episcopis supradictis pro cuiuslibet eorum respective Dioecesi reservamus, & quatenus opus sit, eis, & eorum cuilibet harum serie assignamus) a praedictis Pekinensi, & Nankinensi respective Dioecibus tenore praesentium perpetuo separamus, & difmembramus, illasque, ac earum Clerum & Populum ab omni, & quacumque Venerabilium Fratrum modernorum, & pro tempore existentium Pekinen, & Nankinen. Episcoporum iurisdictione, superioritate, potestate, correctione, visitatione, regimine, cura, & gubernio itidem perpetuo eximimus, & plenarie liberamus. Ceterum ipsas Provincias sic separatas, & liberatas, donec spiritualibus illarum indigentis per creationem

Causa difmembrationis.

Difmembratio plurium Provinciarum motu proprio facta.

Item commissio ad Provinciarum Vicariis Apostolicis facta.

nem novorum Episcopatum ab hac Sancta Sede provideatur, cura, & administrationi Vicariorum Apostolicorum a Nobis, & Sede praefata pro tempore deputandorum, qui omnes, & singulas facultates, quae Vicariis Apostolicis in eisdem partibus Sinarum ante hac a dicta Sede deputatis per diversas rec.me. Alexandri VII., Clem. IX., Clem. X., & Innocentii XI. Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum Literas, seu alias ab ipsa Sede concessa, & attributa fuerunt, in suis quisque sibi assignandis Provinciis exercere possint, & debeant committendas esse motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus harum serie decernimus, & ordinamus: Districte propterea inhibentes tam supradictis de Pekinen, & Nankinen. Episcopis, quam aliis omnibus, & singulis Venerabilibus Fratribus Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, & aliis Indiarum, caeterarumque partium Orientalium Ordinariis, seu eorum Officialibus, vel Vicariis in Spiritualibus Generalibus, aliisque Ministris quibuscumque, ne sub quovis praetextu colore, causa, vel occasione, aut vigore cuiuscumque privilegii, vel Indulti a Sede praedicta emanati ullum in posterum iurisdictionis actum in earumdem sic separatarum, ac difmembratarum, necnon exemptarum, & liberatarum Provinciarum districtibus exercere audeant quovis modo vel praesumant.

Interdicitur aliis Ordinariis iurisdictionem in praedictis Provinciis.

Clausula.

§.3. Ac decernentes easdem praesentes Literas, & in eis contenta quaecumque, etiam ex eo, quod praefati, & alii quicumque in praemissis interestes habentes, seu habere quomodolibet praetendentes, cuiusvis status, gradus, Ordinis, praerogativae, & Dignitatis existant, seu alias specificae, & individuae mentione, & expressione digni illis non consenserint, seu ad ea vocati, citati, & auditi, causaeque propter quas praesentes emanarint sufficienter adductae, verificatae, & iustificatae non fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis iudiciali, & privilegiata causa, colore, praetextu, & capite, etiam in corpore, Juris clauso, etiam enormis, enormissimae, & totalis laesione nullo unquam tempore de subreptione, vel obreptione, aut nullitatis vitio, aut intentionis Nostrae, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis magno, & substantiali, ac incogitato, & incogitabili, individuaeque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos Juris reduci, seu adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque Juris, facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanatio quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse. sed ipsas praesentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit inviolabiliter, & inconculse observari: Sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. praedictae Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis Apostolicae praedictae Nuncios, aliove quoslibet quacumque praerogativa, & potestate fungentes, & functiones, sublata eis, & co-

rum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & desinari debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus praemissis, ac de jure quaesito non tollendo, caeterisque Nostri, & Cancellariae Apostolicae Regulis, aliisque Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis Generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon praefatarum de Pekim, & de Nankim, ac aliarum quacumque Ecclesiarum, etiam Metropolitanarum, & Primatialium, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque indultis, & Literis Apostolicis eisdem Ecclesiis, illarumque Praesulibus, Capitulis, personis, aliisque quibuslibet, etiam speciali nota dignis, & de necessitate juris, vel facti omnino exprimendis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, etiam consistorialiter, seu ad quascumque personarum, etiam Regia, aut Archiepiscopali, & Primatiali, aliave qualibet Ecclesiastica, vel mundana Dignitate, & potestate fulgentium Instantiam, aut earum, contemplationem, seu alias quomodolibet in genere, vel in specie in contrarium praemissorum concessis, ac pluries, & quantumcumque vicibus confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, caeterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut earumdem praesentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem profus fides tam in iudicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscat. die XV. Octob. MDCXCVI. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

CXXXIX.

Praecipitur Archiepiscopo Goan., & Episcopis Machaonen., & Malacen., ut executioni mandent Constitutionem Clem. X. circa iurisdictionem Vicariorum Apostolicorum in Oriente.

Dat. 21. Oct. 1696. An. 6.

Landata Constitutio est fuit 1674, Jun. 7. De jurisdictione Vicariorum in Regno Sinarum vide. K k k 2 Const.

Consil. precedentem. Et de illa Vicariorum in Regno Tunkini vide sequentem.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

A Clem. X. declaratum fuit d. Vicarios habere jurisdictionem in suis Provinciis, & contrarios in curiis certis partibus.

Cum, sicut ad Nostri per venit Apostolatus auditum, licet felic. record. Clemens Papa X. Prædecessor Noster per quasdam suas in simili forma Brevis Literas, quarum initium est = *Christiana Religio, Catholicaque fidei propagationis Opus* &c. die 7 Junii 1674. de particularis Congregationis tunc existentium S.R.E. Cardinalium negotiis Propaganda fidei præpositorum super rebus Sinarum deputatæ consilio emanatas, auctoritate Apostolica declaraverit, Episcopos Indiarum, aliarumque partium Orientis, eorumque Ministros, & Officiales non posse, nec debere exercere actus Jurisdictionales super Vicarios Apostolicos ad Regna, seu Provincias Orientis pro Religione, & fidei hujusmodi propagatione ab hac Sancta Sede Apostolica missos (quippe ejusdem Sanctæ Sedis Delegatos) eorumque Operarios in Provinciis sibi assignatis; sed iisdem Vicariis Apostolicis dictæ Sedis Delegatis in prædictis Provinciis jurisdictionem privative quoad omnes competere, donec aliter fuisset a Congregatione eorumdem Cardinalium declaratum; Ac contraventores eo ipso in pœnas Excommunicationis, & indignationis Romani Pontificis incurrisse censi decrevit, & alias, prout in eisdem Literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur. Nihilominus novissime Venerabiles Fratres moderni, seu tunc existentes Archiepiscopus Goan., necnon Machaonen. & Malacen. Episcopi, five potius illorum Ministri, & Officiales causati forsân, licet erronee, a memorata Congregatione Cardinalium aliter fuisse declaratum, ac proinde præfatas Literas non esse amplius executioni demandandas, five aliis sub prætextibus Venerabilium pariter Fratrum Episcoporum Vicariorum Apostolicorum in Regnis Siam, Cocincina, de Sciampa, Cambagia, aliisque adjacentibus ab eadem Sede deputatorum, jurisdictionem, seu illius exercitium impedire præsumpsissent, non sine gravi fidelium scandalo, ac Infidelium ad fidei Catholice veritatem conversionis, cui eadem Sancta Sedes dictos Episcopos Vicarios Apostolicos destinavit, detrimentum. Hinc est, quod Nos supradictas Clementis Prædecessoris Literas strictè, & inconcussè observari, necnon Fidelium Operariorum in Vinea Domini strenue, ac utiliter laborantium, quieti, fideique Catholice prædictæ propagationi, quantum Nobis ex alto conceditur, prospicere cupientes, de nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus Nostri ejusdem S.R.E. Cardinalibus Congregationis Propaganda fidei negotiis præpositæ super rebus Sinarum, a Nobis specialiter deputatorum consilio, eosdem modernos, & pro tempore existentes Archiepiscopum Goan. necnon Machaonen., & Malacen. Episcopos, harum serie paterne monemus, eisque auctoritate Apostolica in virtute Sanctæ Obedientie præcipimus, & mandamus, ut dictas Clementis Prædecessoris Literas, & in eis contenta quæcumque sub pœnis in Literis hujusmodi expressis

Præd. Ordinati percurrabant jurisdictionem Vicariorum in Regno Siam, Cocincina, de Sciampa, Cambagia, aliisque

Præceptum præd. sub certis partibus.

exacte, & inviolabiliter observent, ac observarent, & faciant; districtè propterea inhiibentes eis, & per ipsos omnibus illorum Ministris, & Officialibus quocumque nomine nuncupatis, ne in posterum sub quovis quæsito colore, prætextu, causa, vel occasione exercitium Jurisdictionis eorumdem Episcoporum Vicariorum Apostolicorum, eorumque operatorum in Regnis Siam, Cocincina, de Sciampa, Cambagia, aliisque adjacentibus supradictis impedire, audeant quovis modo, seu præsumant, donec aliter a prædicta Congregatione Cardinalium fuerit ordinatum.

§.1. Ac decernentes ipsas præfatas Literas firmas validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, aliosque quoslibet quacumque præsentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.2. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quibusvis etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die XXII. Octob. MDCXCVI. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

CXL.

Declaratur pro Vicariis Apostolicis, Regnum Tunkini separatim esse, & independens a Diecepsi Machaonen.

Dat. 2. Oct. 1696. An. 6.

De jurisdictione Vicariorum in Oriente vide Constitutionem precedentem, & Consil. ed. 1697, Februarii 6, P. 6.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Ex commissa Nobis divinitus Apostolicæ servitutis munere Venerabilium Fratrum Episcoporum Vicariorum Apostolicorum in Regno Tunkino ab hac Sancta Sede deputatorum, eorumque Operariorum quieti, quantum Nobis ex alto conceditur, consulere, contentioneque omnes, quæ inter ipsos, & Venerabilem Fratrem modernum, seu pro tempore existentem Episcopum Machaonen. eisque Ministros, & Officiales quoscumque oriri, necnon maximum Catho-

Causa Declarationis.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Declaratio præd.

Catholice Fidei, Christianæque Religionis propagationi impedimentum adferre possent e medio tollere cupientes, de nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus Nostri S. R. E. Cardinalibus Congregationis negotiis Propaganda fidei præpositæ super rebus Sinarum a Nobis specialiter deputatorum consilio, Regnum Tunkini præfatum a Diecepsi Machaonen. penitus, & omnino separatim, ac independens esse, & fore, ac proinde Episcopum Machaonen. supradictum, eisque Ministros, & Officiales quoslibet quocumque nomine nuncupatos non posse, nec debere sub quovis quæsito colore, prætextu, causa, vel occasione illos in eo jurisdictionales actus exercere, auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus, & declaramus; salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Clausula.

§.1. Decernentes pariter ipsas præfatas Literas, firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Vicariis Apostolicis præfatis in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter, & inconcussè observari: Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & alios quoslibet quacumque præsentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.2. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus, pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.3. Volumus autem, ut præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tam in Judio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus si forent exhibita, vel ostense.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die XXIII. Octob. MDCXCVI. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

CXLI.

Prohibetur, ne quis imprimat, vel vendat sine facultate Ministri Gen. Breviarium Ord. Minorum S. Francisci de Observ.

Dat. 21. Nov. 1696. An. 6.

Consil. ed. 1698, Nov. 10, P. 8 agitur de usu librorum Divini Officii Romæ impressorum.

Causæ Prohibitionis.

CUM sicut dilectus Filius Bonaventura Poerius Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Nobis nuper exponi fecit, ipsi Breviarium Romanum: *Seraphicum*: nuncupatum ad usum personarum utriusque sexus ejus obedientiæ, seu directioni subjectarum a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium Sacris Ritibus præposita approbatione in Alma Urbe Nostra ea, qua decet sedulitate, & castigatione typis imprimi novissime fecerit, ac proinde illud propediem, benediciente Domino, quam emendatissimum in lucem proditum sit: dictus vero Bonaventura Minister Generalis vereatur, ne opus longo labore, magnaque industria dispositum, atque perfectum novarum editionum occasione optato sine frustretur, mendosaque, aut illegitima varietates five Typographorum negligentia, five Revisorum incuria, five alia ex causa in posterum obrepant. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica digneremur. Nos igitur ipsum Bonaventuram Ministrum Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis suspensionis, & interdicti aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censes hujusmodi supplicationibus inclinari, Universis utriusque sexus Christianis fidelibus, præsertim vero Typographis, Librorum Impressoribus, & Bibliopolis ubilibet existentibus, sub excommunicationis late sententiæ, in Nostra vero temporali ditione commorantibus, etiam sub quingentorum ducatorum auri de Camera, ac amissionis Typorum, & librorum omnium Camera Nostræ Apostolicæ irremissibiliter applicatum pœnis per contrafacientes eo ipso absque alia declaratione incurrendis, Apostolica auctoritate, tenore præsentium interdiximus, & prohibemus, ne Breviarium præfatum ad usum omnium, & singularum utriusque sexus personarum prædictæ obedientiæ, seu directioni subjectarum, ubicumque locorum degentium, sicut præmittitur, approbatum, posthac in perpetuum absque speciali ejusdem Bonaventuræ, & pro tempore existentis dicti Ordinis Ministri Generalis, aut ab eo causam habentium licentia in scriptis qualibet vice obtinenda, & in ipso Breviario integre una cum eisdem præsentibus imprimenda typis imprimere, aut ab aliis in posterum vendere, seu venale habere, vel proponere quoquomodo audeant, seu præsumant, & nihilominus personæ illæ ex supradictis quibus in vim Decreti, seu Decretorum memoratæ Congregationis Cardinalium alio Breviario uti minime fas est, Breviariis sine prædicta licentia impressis, aut vulgatis uti nequeant sub pœnis contentis in Ordinis prædicti Constitutionibus, aliisque per dictum Bonaventuram, & pro tempore existentem Ministrum Generalem super hoc intelligendis. Mandantes propterea Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Ar-

Preces Ministri Gen.

Prohibitio præd. sub excommunicationis, aliisque pœnis.

Præcipitur dd. Religiosis, ne utantur a Breviario sine licentia impresso.

Mandatur locorum Ordinariis, & justis Ar.

et Ministri
ut penes in-
figant.

Archiepiscopis, & Episcopis, ac quibuscumque Locorum Ordinariis, necnon in Statu Nostro Ecclesiastico dilectis Filiis Nostri, & Apostolice Sedis de Latere Legatis, seu eorum Vicelegatis, aut Præfidentibus, Gubernatoribus, Prætoribus, aliisque Justitiæ Ministris Provinciarum, Civitatum, Terrarum, & Locorum Status prædicti quatenus eidem Bonaventuræ, & pro tempore existenti Ministro Generali, seu ab eo causam habentibus prædictis in præmissis, efficaci defensionis præsidio assistentes quodcumque ab ipso Bonaventura, & pro tempore existenti Ordinis hujusmodi Ministro Generali requisiti fuerint, poenas prædictas contra quoscumque inobedientes irreversibiliter exequantur.

Clausula.

§.1. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quibuscumque Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.2. Volumus autem, ut præsentium transumptis, seu exemplis, etiam in eodem Brevario impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem fides ubique Locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die XXI. Novem. MDCXCVI. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

CXLII.

Decl. 5. Dec.
1696. An. 6.

Declaratur in Constitutione Inn. XI. circa privilegia, & Indulgentias Ordinis Min. S. Francisci de Observ. comprehendi eorumdem Loca Viæ Crucis, seu Calvarii.

Præd. Const. hic refertur, & ed. fuit 1686, Sep. 5, P. 10. ab hoc Pontifice concessa fuit Indulg. plen. perp. Ecclesie S. M. Angelorum Civitatis Assis. ed. 1695, Aug. 18, P. 5. Et a Clem. XI alia Indulgentia conceditur Ecclesie Provin. Romanae Const. ed. 1701, Sep. 14, P. 1. Ab Innoc. vero XIII Const. ed. 1723, Jul. 12, P. 3 confirmantur quadam gratia Provincia Polonia.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

ALias a fel. rec. Innocentio Papa XI. prædecessore Nostro ad preces dilecti Filii Francisci Diaz a Sancto Bonaventura tunc Commissarii Generalis Curie pro familia Ultramontana Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum super confirmatione quarundam Literarum Apostolicarum eidem Ordini, ejusque Ecclesiis, Confraternitatibus, Domibus, locis, ac omnibus, & singulis utriusque sexus personis obedientiæ, seu directioni Ministri Generalis Ordinis hujusmodi subiectis circa privilegiorum, Indulgentiarum, & gratiarum concessionem, & communicationem, respective concessarum, emanarunt Literæ in simili forma Brevis tenoris, qui sequitur videlicet:

§.1. INNOCENTIUS PAPA XI. Ad

futuram rei memoriam. Exponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Franciscus Diaz a S. Bonaventura Charissimi in Christi Filii Nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici Concionator, & Theologus, ac in Romana Curia pro Ultramontana Familia Ministro Generali Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum subiecta Commissarius Generalis, quod privilegia, gratiæ, concessiones, favores, & Indulgentiæ, etiam plenariæ, ac poenitentiarum relaxationes, ceteraque Indulta, Ordinibus, Congregationibus, Confraternitatibus, Domibus, Ecclesiis, Locis, Benefactoribus, ac omnibus, & singulis utriusque sexus personis obedientiæ, seu directioni prædicti Ministri Generalis Fratrum Minorum subiectis olim ab Apostolica Sede concessa, seu communicata per plurimum Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum Constitutiones, & præcipue per Literas fel. rec. Clementis VIII. incipientes = *Ratio Pastoralis* &c. Anno 1597. expeditas, ac Pauli V. quæ incipiunt = *Injuncti Nobis* &c. Anno 1609. concessas, & Urbani VIII. Romanorum Pontificum prædecessorum pariter Nostrorum incipientes = *In plenitudinem* &c. Tertio Idus Maii 1625. datas, confirmata, & sub aliquibus modificationibus innovati fuerunt: unde præfate utriusque sexus Personæ obedientiæ, seu directioni dicti Ministri Generalis subiectæ, quibus memorata communicatio Privilegiorum, Indulgentiarum, & concessionum, tam inter se, quam cum aliis Ordinibus, Congregationibus, & Societatibus etiam Jesu, ac Confraternitatibus concessa fuit juxta Clausulas, & præscriptum dictarum Literarum Apostolicarum, & cum restrictionibus in illis appositis, & non aliter ea use fuerunt. Cum autem sicut eadem, expositio subjungebat, ut præmissa firmis subsistant, & conserventur, præfatus Franciscus Commissarius Generalis Curie prædictas Clementis, ac Pauli, & Urbani prædecessorum Literas cum Clausulis in eisdem contentis, a Nobis innovari, & omnes aliorum Romanorum Pontificum successorum concessionem ad favorem dictorum Ordinum, Congregationum, Confraternitatum, Locorum, Benefactorum, & aliarum utriusque sexus personarum prædictæ obedientiæ, seu directioni subiectarum expeditas Apostolicæ confirmationis Nostre patrocinio communiti plurimum desideret. Nos ipsius Francisci Commissarii Generalis Curie votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel Causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, & attenta relatione, quam Vener. etiam, Frater Noster Alderanus Episcopus Portuensis ejusdem S. R. E. Cardinalis Cybo nuncupatus dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protector eisdem Cardinalibus super præmissis fecit,

Constitutio
Jan. XI, qua
confirmata
fuerunt Literæ
Clem. VIII.
Pauli V. Urb.
VIII, & Sac-
cessorum circa
Privilegia,
& Indulgentias.

fecit; prædictas Clementis incipien. *Ratio Pastoralis* &c., ac Pauli, quorum initium = *Injuncti Nobis* &c., & Urbani prædecessorum, quæ incipiunt = *In plenitudinem* &c. aliorumque Romanorum Pontificum successorum Literas super præmissis respective emanatas, dummodo tamen sint in usu, nec sint revocate, aut sub aliqua revocatione comprehense, Sacrisque Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis, ac posterioribus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, Regularibusque Ordinis prædicti Instituti non adveniant auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium. Decernentes easdem præfatas Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari; sique in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam, Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. In contrarium facientibus. Non obstantibus quibuscumque. Volumus autem, ut earundem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam, impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 5. Septembris 1686. Pontificatus Nostri Anno Decimo = L. G. Card. Salsus =

Ab hoc Pontifice appro-
bata fuit Decla-
ratio Congregationis
Concilii, qua
declaratur fuit
in præd. Li-
teris compre-
hendi Loca
in Oriente.

§.2. Postmodum vero pro parte ejusdem, Francisci Nobis exposito, quod a nonnullis prætebatur in præfata communicatione privilegiorum, Indulgentiarum, & gratiarum memoratis personis prædictæ obedientiæ, seu directioni subiectis, sicut præmittitur, concessa minime comprehendi loca, & Ecclesiæ Terræ Sanctæ, aliarumque partium Orientis existentium extra Jerusalem; ideoque pro ejus parte Nobis supplicato, ut loca, & Ecclesia hujusmodi ab eadem communicatione minime excludi declaramus: Nos supplicem Libellum Nobis super præmissis porrectum ad Congregationem Venerabilium pariter Fratrum Nostrorum ejusdem S. R. Ecclesiæ Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum remisimus pro voto; ipsa vero Cardinalium Congregatio per suum Decretum die 16. Julii 1695. emanatum præsertim Innocentii prædecessoris Literis perpenis, censuit, si ita Nobis placuisset, prædicta loca, & Ecclesiæ Terræ Sanctæ, aliarumque Orientis extra Jerusalem esse comprehensa, seu comprehensa in dictis privilegii, Indultis, & Indulgentiis, servatis tamen in omnibus, & per omnia forma, & tenore earundem Literarum, factaque Nobis subinde per tunc existentem Secretarium memoratæ Congregationis de præmissis relatione, Nos ipsius Congregationis Sententiam approbavimus, prout in dicto Decreto plenius dicitur contineri.

§.3. Cum autem, sicut dictus Franciscus

Nobis denuo nuper exponi fecit; post Decretum supradictum adhuc nonnulli dubitent, an pia loca Viæ Crucis, seu Calvarii nuncupata a personis supradictis adinstar Stationum Montis Calvarii vigore diversorum privilegiorum eis ab hac Sancta Sede (ut asseritur) concessorum erecta, in communicatione præfata comprehendantur. Nobis propterea idem Franciscus humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune provide- re, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsum Franciscum amplioris favore gratiæ prosequi volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de secundo dictorum Cardinalium consilio, & attenta relatione, quam dilectus modernus Commissarius Generalis Curie dicti Ordinis eisdem Cardinalibus, super præmissis fecit, etiam præfata loca pia Viæ Crucis, seu Calvarii in supradictis Innocentii prædecessoris Literis comprehendi, ac proinde frui, & gaudere posse Indulgentiis, & privilegiis in Literis hujusmodi concessis, & expressis, earum tamen tenore servato, auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus, & declaramus; salva tamen semper in præmissis auctoritate secundo dictæ Congregationis Cardinalium.

Proces Procra-
toris Gen.
& causa de-
clarationis.

Declaratio
pro locis Viæ
Crucis, seu
Calvarii.

Clausula.

§.4. Decernentes pariter easdem præfatas Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

§.6. Volumus autem, ut earundem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscat. die V. Decemb. MDCXCVI. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

CXLIII.

Revocantur Privilegia a Superioribus Religiosis concessa in Indiis Occident. contra Ordinum, vel S. Sedis Constitutiones.

Dat. 12. Jan.
1697. An. 6.

Clem. X Const. ed. 1670, Jun. 21, P. 1. declaratur fuere nonnulla Privilegia Regularium. Et Clem. XI Const. ed. 1719, Sep. 7, P. 19 revocantur privilegia concessa a Nuncio in quibusdam Regnis.